Quelle:
Copyright:



Mille quadringentis quinquaginta simul annis
Virginis a partu Sanat hec Sana fides.

Hic et operis authorem, et codicis nostri ætatem satis luculenter produnt. Duo autem hic prætereunda non sunt, primum: hos Sermones Bernardum Lezium diligenter coeteroquin Thomæ Scripta colligentem, fugisse: secundum: conjecturam evanescere Ludovici Schönleben in Sexag. D.D. et conspectus Hist. Univ: Vienn: ad annum 1467, ubi Georgium Schleuchelium, Solertissimum Vienn: Codd: descriptorem(a) præsentium authorem suspicatur, eo quod nomen suum ad calcem adjecerit in hæc verba: " Hi Sermones super Paternoster, Ave Maria, et Credo scripti per me M: Georgium Schleuchl". Hunc enim librarium fuisse non authorem supra memorati versus forte ab ipso Schleuhelio concinnati, haud dubie evincunt.

Georgius Schleuchl

(a) Script: Univer: Vien: Sæc: II. p: 9

2

Ejusdem Sermones in omnes festivitates Sanctorum totius anni. Primus est de S: Agnete V: et M: qui incipit: " Simile est regnum coelorum &c: Quod hoc genus hominum". Hos quoque Sermones esse Thomae de Haselbach edocemur in Script: Univers: Viennensis, Sæc: I. pag: 159.

Ejusdem Sermones de Sanctis.

181a – 423a

= saeculum